

Verum igitur Agnum Dominum nostrum Jesum Christum secundum imaginem humanam amodo etiam in imaginibus pro veteri Agno depingi jubemus.

¶ CORR. ROM. De sexta Synodo, & Canonibus ipsius notatum est supra, c. sexta Synodus. ¶ Gratia transiit. Et in Epistola Hadriani, & apud Ivoem, p. 4. c. 122. legitur, in typum gratie assumptus est. Apud eundem Ivoem, c. 126. ex Hadriano ad Carolum, in signum relitum est gratia. Græcè in canone sextæ Synodi est, ἐν τῷ τύπῳ παραλάβομεν τὸν ἄγιον, id est, qui in typum gratie assumptus est. Sed ob Glossam non est mutatum. ¶ Vale dicentes. Sic Ivo. In Epistola Hadriani est, suscipientes, Græcè, καὶ ἀπολαύσαντες. ¶ PITH. 40. Sextam. Citatur à Joanne Damasceno lib. 3. de Imag. & in Synodi VII. ad. 2. & 4.

XXX. Item AUGUSTINUS lib. 1. de Trinitate, c. 4. [c. an. 400. in Africa.]

De fide Trinitatis, & unitatis invariabiliter servanda. Omnes, quos legere potui, qui ante me scripserunt de Trinitate, quæ Deus est, Divinorum librorum veterum & novorum Catholici Tractatores hoc intenderunt secundum Scripturas docere, quod Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus unus ejusdemque substantiæ inseparabili aequalitate Divinam infinitam unitatem: ideoque non sint tres Dii, sed unus Deus, quamvis Pater Filium genuerit, & ideo Filius non sit, qui Pater est; Filiusque à Patre sit genitus; & ideo non sit Pater, qui Filius est; Spiritusque Sanctus nec Pater sit, nec Filius, sed tantum Patris & Filii Spiritus, Patri & Filio etiam ipse coequalis, & ad Trinitatem pertinens unitatem: non tamen eandem Trinitatem natam de Maria Virgine, & sub Pontio Pilato crucifixam & sepultam tertia die resurrectam, & in Cælum ascendisse; sed tantummodo Filium: nec eandem Trinitatem descendisse in speciem columbæ super Jesum baptizatum: aut die Pentecostes post Ascensionem Domini fontem factum de Cælo, quali ferretur status vehemens, & linguis divinis, velut ignis scissile super unumquemque eorum; sed tantummodo Spiritum Sanctum: nec eandem Trinitatem dixisse de Cælo, tu es filius meus, sive cum baptizatus est à Joanne, sive in monte, quando cum illo erant tres Discipuli, aut quando sonuit vox dicens, & clarificasti, & iterum clarificasti; sed tantummodo Patris vocem fuisse ad Filium factam: quamvis Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur.

DE BAPTISMI SACRAMENTO. DISTINCTIO IV.

I. IDEM super Joannem. [fortè c. an. 412. in Africa.]

Sine Sacramento visibili, & fide invisibili nemo salvatur. Necessarium est visibile Sacramentum aquæ ad ablationem visibilis corporis: sicut necessaria est doctrina invisibilis fidei ad sanctificationem invisibilis animæ. Item, sicut, & spiritus] invisibilis intellectu, ut symbolum Baptismi visibiliter accipiat, & spiritalem intellectum ipsius symboli percipiat. Vel [ex aqua] visibili [& Spiritu] Sancto.

II. IDEM in lib. 1. de Peccatorum meritis, & remiss. seu de Baptismo Parvulorum, c. 39. [c. an. 412. ibid.]

In Baptismate concupiscentia extinguatur, non ut non sit, sed ut non obstat.

Per Baptismum Christi id agitur, ut evacuetur caro peccati. Evacuatur autem, non ut in ipsa vivente carne concupiscentia conspergat, & innata repente absumatur, & non sit: sed ne oblit mortuo, que oberat nato. Nam si post Baptismum vixerit, atque ad ætatem capacem præcepti pervenire poterit; ibi habet, cum qua pugnet, eamque adjuvante Deo superet, si non in vacuum gratiam ejus susceperit, si reprobatus esse noluerit. Nam nec grandibus hoc præstat in Baptismo, nisi forte miraculo ineffabili omnipotentissimi Creatoris, ut Lex peccati, que inest in membris repugnans Legi mentis penitus extingatur, & non sit: sed, ut quicquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum fuerit, cum eadem concupiscentiæ subiecta mente serviret; totum aboleatur, & velut factum non fuerit, habeatur. ¶ CORR. ROM. Resistatur est Caput hoc fuz integritati, ut melius B. Augustini sententia perciperetur. Neque enim Glossa impediatur.

III. IDEM ad Petrum Diaconum, c. 26. [imò Fulgentius c. an. 510. ibid.]

Qui ex viro, & muliere concipitur, cum originali peccato nascitur, nec sine Baptismate salvatur.

¶ Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitu viri & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditum, mortique subiectum.

14. Pars. Ivo, p. 1. c. 2. Pann. l. 1. c. 7. Marc. 1. 1. c. 2. Marc. 1. 1. c. 12. Joan. 12. Ex Glossa ord. in c. 2. Jo. Nisi quis. i. Pars. In ex Glossa ad vers. ex aqua. al. percipiat. Tom. 3. & inter opera Fulgentii. Ivo, p. 1. c. 26. & 27. Pann. l. 1. c. 8. & 9.

& ob hoc naturâ iræ filium nasci, de qua dicit Apostolus. Eramus enim & nos naturâ filii iræ, sicut & ceteri. A qua ira nullus liberatur, nisi per fidem mediatoris Dei & hominum Jesu Christi. Item c. 27. §. 1. Firmissime tene, & nullatenus dubites, non solum homines jam ratione urentes, verum etiam parvulos, qui sive in utero matrum vivere incipiunt, & ibi moriuntur: sive cum de matribus nati, sine Sacramento sancti Baptismatis, quod datur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, de hoc seculo transeunt; sempiterno igne puniendos: quia etsi proprie actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione, & nativitate traxerunt.

IV. Item JOANNES CHRYSOSTOMUS i. fortè Chromatius c. an. 400. Aquileia. [matius.]

Non potest quis gratiam vitæ Cælestis accipere, nisi prius purgatus fuerit ab omni forde peccati per penitentiam confessionem, per donum Baptismi salutaris Domini, & Sup. de pan. Salvatoris nostri Jesu Christi, qui est benedictus in secula seculorum.

V. Item GREGORIUS in Moralibus, lib. 4. c. 2. [an. 590. Roma.]

Sicut nunc in Baptismate, ita olim in circumcissione remittebantur peccata.

Quod autem apud nos valet aqua Baptismatis, hoc egit apud Veteres, vel pro parvulis sola fides, vel pro majoribus virtus sacrificii, vel pro his, qui de Abrahâ stirpe prodierunt, mysterium Circumcisionis.

VI. Item AUGUSTINUS ad Valerium contra Julianum, de Nuptiis & Concupiscentia lib. 2. c. 11. [fortè an. 420. in Africa.]

Originale peccatum nunc in Baptismate, olim in Circumcissione remittebatur.

Ex quo instituta est Circumcisio in populo Dei (quod erat tunc signaculum justitiæ fidei; ad significationem purgationis valebat & parvulis originalis, veterisque peccati: sicut & Baptismus ex illo valere cepit ad innovationem hominis, ex quo est institutus.)

VII. IDEM de libero Arbitrio, lib. 3. c. 23. [an. 395. ibid.]

Parvulis in Baptismate offerentium prodest fides. Illud percutari homines solent, Sacramentum Baptismi Christi quid parvulis prodest, cum eo accepto plerumque moriuntur, priusquam ex eo quidquam cognoscere poterunt. Qua in re factis pie, rectèque creditur prodest parvulo fides eorum à quibus consecrandus offertur. Et hoc Ecclesiæ commendat saluberrima autoritas, ut ex eo quilibet sentiat, quid sibi prodest fides sua, quando in aliorum quoque beneficio, qui propriam nondum habeat potestatem, commoda fit.

¶ CORR. ROM. Beneficio. Eadem lectio est apud Ivoem, in Pannormia, & in originali ad marginem. In textu autem est, beneficium, qui propriam non habent, potest aliena commodari.

VIII. IDEM de Baptismate Parvulorum in lib. 1. c. 32. & 33. [c. an. 412. ibid.]

Per fidem, & Baptisma justificamur à peccatis. Filius Dei carnem peccati suscepit, & penam sine culpa, ut in carne peccati & culpa solveretur & posna. Per fidem ergo, & Baptismum ejus à peccato homo per justificationem, & à morte liberatur per Resurrectionem.

¶ 1. Parvuli etiam baptizati inter credentes reputantur per Sacramenti virtutem, & offerentium responsum. Qui verò non sunt baptizati, inter non credentes iudicantur ex Evangelio Joannis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.

¶ CORR. ROM. Caput hoc est summa verborum B. Augustini in locis indicatis. a Carnem peccati. Apud B. Augustinum longè plenius, & rectius. Dominus autem, inquit, in carnem suam non peccatum transiit, tanquam venenum serpentis: sed tantum transiit mortem, ut esset in similitudine carnis peccati pena sine culpa; unde in carne peccati, & culpa solveretur, & posna. Multum igitur interest inter carnem peccati, & similitudinem carnis peccati. Quod explicans B. Augustinus, cum alibi sæpè, tum potissimum sermone 48. de verbis Domini, addebat tamen, si ergo similitudo carnis erat peccati, non caro peccati; quomodo, ut de peccato damnetur peccatum in carne? vult & similitudo capere nomen ejus rei, cuius est similitudo.

IX. Item AMBROSIIUS lib. 1. de Sacramentis, c. 4. & 5. [an. 384. Mediolani.]

Per aquam Baptismi de terreno fit homo Cælestis.

Per aquam Baptismi transitus est à terrenis ad Cælestia. Hoc est enim Pascha, id est, transitus ejus, transitus à peccato ad vitam, à culpa ad gratiam, ab inquinamento ad sanctificationem. Qui per hunc fontem transit, non moritur: sed resurgit. §. 1. Non omnis aqua sanat, sed aqua sanat, qui per hunc fontem transit, à terrenis ad Cælestia.

¶ Qui per hunc fontem transit, à terrenis ad Cælestia.

que habet gratiam Christi. Aliud est elementum, aliud consecratio; aliud opus, aliud operatio. Aqua opus est: operatio Spiritus Sanctus est. Non sanata aqua, nisi Spiritus Sanctus descenderit, & aquam illam consecraverit: sicut legitur, quod cum Dominus noster Jesus Christus formam Baptismatis daret, venit ad Joannem; & ait illi Joannes: ego te de teo baptizari, & tu venis ad me? respondit illi Christus: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem justitiam: vide, quia omnis justitia in Baptismate constituta est. Ergo quare Christus descendit; nisi, ut caro ista mundaretur, caro, quam suscepit de nostra conditione? Non enim ablutio peccatorum suorum Christo necessaria erat, qui peccatum non fecit: sed nobis erat necessaria, qui peccato manemus obnoxii. ¶ paulo post. §. 2. Descendit Christus: descendit & Spiritus Sanctus. Quare Christus prior descendit, postea Spiritus; cum forma, & usus Baptismi hoc habeat, ut ante fons consecratur; & tunc descendat, qui baptizandus est? ¶ paucis interjectis. Christus autem ante descendit; secutus est Spiritus: quia ratione? ut numquam ipse egere Dominus Jesus sanctificationis mysterio videretur: sed sanctificaret ipse, sanctificaret & Spiritus. ¶ CORR. ROM. Ergo quare. Hæc usque ad vers. Non enim, emendata sunt ex B. Ambrosio. Antea legebatur: Christus ad Baptismum descendit, non ut caro mundaretur, quam suscepit de nostra conditione. Multis etiam aliis locis in Capite hoc restituta est vera lectio.

X. Item CHROMATIUS i. in Matthæum, c. 6. [c. an. 400. Aquileia.]

Aqua Baptismi non purgaret peccata, nisi tactu Domini corporis esset sanctificata.

¶ Numquam aqua Baptismi purgare peccata Credentium potuissent, nisi tactu Domini corporis sanctificata fuisset. ¶ CORR. ROM. Chromatius. Antea citabatur Chrysostomus, apud quem non est inventum, sed in fragmentis Chromatii.

XI. Item STRICCIUS Papa Himerio Tarraconensi, Epist. 1. x. [an. 385. Româ in Hispaniam.]

Generale Baptisma non nisi Sabbato sancto Pasche, & Pentecostes celebratur.

¶ Non ratione? auctoritatis alicujus, sed sola temeritate præsumitur, ut passim, ac liberè Nataliis Christi, seu Apparitione nec non & Apostolorum, seu Martyrum festivitatibus, innumere, ut aiferis, plebes Baptismi mysterium consequantur: cum hoc sibi privilegium & apud nos, & apud omnes Ecclesias Dominicum specialiter Pascha defendat cum sua Pentecoste. ¶ PITH. Non ratione. Vide Socrat. lib. 5. c. 21. Luitprand. Centur. tom. 4. p. 477. Vigner. tom. 1. p. 316. Apparitione. Ita V. C. Cum sua Pentecosten suo.

XII. Item LEO Papa universis Episcopis per Siciliam constitutis, Epist. 4. c. 5. [an. 447. Româ in Siciliam.]

De eodem.

¶ Duo tempora, id est, Pascha, & Pentecoste ad baptizandum à Romano Pontifice legitime sunt præfixa. Unde, quia manifestissime patet baptizandis in Ecclesia electis hæc duo tempora, de quibus locuti sumus, esse legitima; Dilectionem vestram monemus, ut nullos alios dies huic observantia miscatis. ¶ CORR. ROM. Prior pars hujus Capituli usque ad vers. Unde quia, non est isdem omnino verbis in Epistola. Sed in codice Canonum est rubrica loco ad hoc Caput, & refertur in Concilio Moguntino l. c. 4.

XIII. IDEM in eadem Epistola, c. 3. [an. 447. Româ in Siciliam.]

Quare in prædictis temporibus Baptisma celebratur.

¶ Proprie in morte Crucifixi, & in Resurrectione ex mortuis? potentia Baptismi novam creaturam condidit ex veteri: ut in renascentibus & mors Christi operetur, & vita, dicente Beato Apostolo Paulo: An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? conspuit enim sumus cum illo per Baptismum in mortem: ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus; & cetera, quæ laicus Magister Genitium ad commendandum Sacramentum Baptismatis disputavit: ut apparet ex hujus doctrine spiritu regenerandis filiis hominum, & in Dei filios adoptandis illum diem esse, & illud tempus electum, in quo per similitudinem, formamque fieri eam, quæ geruntur in membris, his, quæ in ipso sunt capite gesta, congruerent: dum in Baptismatis regula & mors intervenit interfectione peccati, & sepulchrum triduanum imitatur trina demeritio, & aquæ elevatio Resurgens intar e est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ eum

Matth. 3. ego te de teo baptizari, & tu venis ad me? respondit illi Christus: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem justitiam: vide, quia omnis justitia in Baptismate constituta est. Ergo quare Christus descendit; nisi, ut caro ista mundaretur, caro, quam suscepit de nostra conditione? Non enim ablutio peccatorum suorum Christo necessaria erat, qui peccatum non fecit: sed nobis erat necessaria, qui peccato manemus obnoxii. ¶ paulo post. §. 2. Descendit Christus: descendit & Spiritus Sanctus. Quare Christus prior descendit, postea Spiritus; cum forma, & usus Baptismi hoc habeat, ut ante fons consecratur; & tunc descendat, qui baptizandus est? ¶ paucis interjectis. Christus autem ante descendit; secutus est Spiritus: quia ratione? ut numquam ipse egere Dominus Jesus sanctificationis mysterio videretur: sed sanctificaret ipse, sanctificaret & Spiritus. ¶ CORR. ROM. Ergo quare. Hæc usque ad vers. Non enim, emendata sunt ex B. Ambrosio. Antea legebatur: Christus ad Baptismum descendit, non ut caro mundaretur, quam suscepit de nostra conditione. Multis etiam aliis locis in Capite hoc restituta est vera lectio. ¶ CORR. ROM. Chromatius. Antea citabatur Chrysostomus, apud quem non est inventum, sed in fragmentis Chromatii. ¶ Burch. l. 4. c. 2. Ivo, p. 1. c. 59. & 197. Pann. l. 1. c. 17. Ivo, p. 3. c. 45. condit. vera lectio. Rom. 6. ¶ Qui per hunc fontem transit, à terrenis ad Cælestia.

esse legitimum diem, in quo orta est & virtus muneris, & speciei actionis. §. 1. Ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quod ipse Dominus Jesus Christus, postquam resurrexit à mortuis, Discipulis suis (in quibus omnes Ecclesiarum Præsules docebantur) & formam & potestatem tradidit baptizandi, dicens: Euntes ergo nunc docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. De quo utique eos ante passionem potuisset intruere, nisi propriè voluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua Resurrectione coepisse. §. 2. Additur sanè huic observantia etiam Pentecostes ex adventu Spiritus Sancti sacra solemnitas, quæ de Paschalis festi pendet articulo: & cum ad alios dies alia festa pertineant, hæc crata semper ad eum diem, qui Resurrectione Domini est insignis, occurrit, porrigenis quodammodo auxiliantis gratiæ manum, & eos h. 7. quos à die Pasche aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas interclaudit, invitat, ut quibuslibet necessitatibus impediti, desiderii sui effectum dono Spiritus Sancti consequantur. ¶ infra c. 4. §. 3. Hoc autem non ex nostra persuasionem defendere, sed ex Apostolica auctoritate servare satis idoneo probamus exemplo, sequentes Beatum Apostolum Petrum, qui in eo die, quo omnium Credentium numerum promissus Spiritus Sancti replevit adventus, trium millium populum sua predicatione convertitum lavacro Baptismatis consecravit. Quod sancta Scriptura, quæ Apostolorum actus continet, fidei historia docet, dicens: His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus vero ad illos, penitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum; & accipietis donum Spiritus Sancti. ¶ CORR. ROM. Invitat. Ivo habet, invitans. Sed in originali est: interclusi invitati, aut quibuslibet necessitatibus impeditis, desiderii, &c. ¶ PITH. Ex mortuis. 2. V. C. mortui. Condidit. V. C. & condit. Eff. Deest in V. C. Eos. Abest à V. C. Invitat. 2. V. C. invitans.

XIV. Item IDEM in eadem Epistola, c. 6. [an. 447. Româ in Siciliam.]

De eodem.

¶ Si quis autem Epiphaniæ festivitate (quæ in suo ordine debito honore veneranda est) ob hoc existimat privilegium habere Baptismatis; quia hoc quidam putant, quod in eadem die Dominus ad Baptismum sancti Joannis accesserit; nec illius Baptismi aliam gratiam, aliam fuisse rationem: fiat ad eandem pertinuit virtutem; quæ per Spiritum Sanctum renascuntur, de quibus dicitur: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Dominus enim nullius indignis remissione peccati, nec querens remedium renascendi, sic voluit baptizari, quomodo voluit circumcidi, hostiam pro se emundationis offerri, ut qui factus erat ex muliere (sicut Apostolus ait) fieret & sub Lege, quam non venerat solvere, sed adimplere, & implendo finire: sicut Beatus Apostolus prædicat, dicens: finis autem Legis Christus ad justitiam omni credenti. Baptismi autem sui in se condidit Sacramentum: quia in omnibus primatum tenens, se docuit esse principium: & tunc regenerationis potentiam sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis Redemptionis, & aqua Baptismatis.

¶ CORR. ROM. Invitat. Ivo habet, invitans. Sed in originali est: interclusi invitati, aut quibuslibet necessitatibus impeditis, desiderii, &c. ¶ PITH. Ex mortuis. 2. V. C. mortui. Condidit. V. C. & condit. Eff. Deest in V. C. Eos. Abest à V. C. Invitat. 2. V. C. invitans.

XV. Item EX CONCILIO GERUNDENSIS, c. 4. [an. 517. in Hispania.]

In solemnitate Paschali, & Pentecostes Catechumeni baptizantur.

DE Catechumenis baptizandis id statutum est, ut in Pascha solemnitate, vel Pentecostes, quanto majoris celebritatis major celebritas est, tanto magis ad baptizandum veniant: ceteris solemnitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari: quibus quocumque tempore convenit Baptismum non negari.

¶ CORR. ROM. Resitutum Caput est ex suo originali.

XVI. Item LEO Papa, Epist. 4. c. 6. [an. 447. Româ in Siciliam.]

Necessitate cogente, quolibet tempore baptizare licet.

¶ Si qui necessitate mortis, agridudinis, oblidionis, perditionis, & naufragii urgentur, omni tempore debent baptizari. ¶ CORR. ROM. Apud B. Leonem sententia hujus Capituli est post c. duo tempora, & ante c. si quis autem, supra ead.

XVII. Item GRASIVS Papa Clero, & plebi Tarent. [imò Gregorius II. in Capitulari c. 5. [an. 714. Româ in Baioariam.]

Nisi necessitate cogente inter Pascha, & Pentecostem nullus baptizare præsumat.

¶ Venerabilis Baptismi Sacramentum non nisi in festivitate Paschali, & Pentecostes tradere præsumat Episcopus, N n n iij

Matth. 28. ¶ CORR. ROM. Invitat. Ivo habet, invitans. Sed in originali est: interclusi invitati, aut quibuslibet necessitatibus impeditis, desiderii, &c. ¶ PITH. Ex mortuis. 2. V. C. mortui. Condidit. V. C. & condit. Eff. Deest in V. C. Eos. Abest à V. C. Invitat. 2. V. C. invitans. ¶ Burch. l. 4. c. 2. Ivo, p. 1. c. 197. Pann. l. 1. c. 19. In Epist. Gregorii II. Clero, & Plebi Turingiæ, & in Conc. Wormacensi c. 1. ¶ Burch. l. 4. c. 7. Ivo, p. 1. c. 63. & 202. Pann. l. 1. c. 21.